



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 127. Theodori Trivultii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII.  
A. C. 1656.

§. CXXVII.

*Theodori Trivultii Cardinalis extrema.*

Postremus ex Cardinalibus hoc anno denatis erat Theodorus Trivultius Nobilis Mediolanus, qui adhuc puer Patre suo orbatus, sub Matris prudentissimæ Matronæ tutela literis ac pietate apprime imbutus, omnium in admirationem, amoremque rapiebat. Adultior factus Philippi III. Hispaniarum Regis castra secutus, egregia magnanimitatis specimina edidit, propterea a Ferdinando II. Cæsare opulento Principatu auctus. Mortua autem Monachi Principis Filia, quam sibi Conjugem duxerat, sacre militie nomen dedit, atque Doctoratus laurea in utroque jure decoratus, ab Urbano VIII. primo Cameræ Apostolicæ Clericus & Protonotarius ac demum Cardinalis Diaconus renunciabatur: Postea post Piceni Legatione defunctus in Hispaniam se contulit, ubi Pro-Rex Aragoniæ, Siciliæ & Sardinia Regnum non sine maxima Hispani Regis satisfactione administravit, necnon Mediolanensis Prætor designatus, Regnumque in hac Provincia contra hostes strenue defendit, tandem vero ineunte



Mense Martio hoc anno vel ut alii vo- Sæc. XVII.  
lunt, anno sequenti, ætatis suæ quin- A. C. 1656.  
quagesimo nono fati cessit.

## §. CXXVIII.

*Variorum Principum atque Illustrium  
fata.*

Hunc annum Principum nonnulli Chemnitz  
vitæ suæ funestum atque exitialem Deutsch.  
habuere: Hos inter primus erat Joan- Krieg.  
nes IV. de Braganza Lusitanæ Rex, Müll. An-  
qui Lusitanis contra Hispanos rebellan- nal. Sax.  
tibus, delatum sibi Regnum accepta-  
bat, illudque per sexdecim annos ad-  
versus domesticos hostes feliciter rexit;  
tandem vero gravi morbo correptus,  
Ulissipone die sexta Novembris decessit,  
cui Alphonsus IV. primogenitus ejus  
Filius die decima quinta Novembris  
successit, qui adhuc sub tutela Matris  
suæ, quæ Medinæ Sidonæ Ducis So-  
ror erat, adolevit, atque ab eadem,  
utpote Matriona ultra sexum magna-  
nima, animum ad magna natum hæ-  
reditavit. Obiit insuper Dresdæ die  
decima octava Octobris Joannes Geor-  
gius I. Saxonæ Elector, qui Bohemo-  
rum rebellionem execratus, Cæsari  
opem tulit, ab eo autem defecit, cum  
Catholicam fidem restaurari cerneret;  
inde vero haud aliud tulit emolumen-  
tum,